

Jeudi de Pentecôte

Jeudi 12 juin 2025

● 1ère classe

INTROÏT *Sagesse 1, 7*

Spiritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia : et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia. **Ps. 67** Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius : et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie eius. **V.** Glória Patri.

L'Esprit du Seigneur a rempli l'univers, alléluia ; et lui qui contient toute chose a la science de la parole, alléluia, alléluia, alléluia. **Ps. 67** Que Dieu se lève et que ses ennemis se dispersent ; que ceux qui le haïssent fuient devant lui. **V.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da nobis in eódem Spírítu recta sápere ; et de eius semper consolatióne gaudére. Per... in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti, Deus.

Dieu qui, en ce jour, avez instruit les cœurs de vos fidèles par l'illumination du Saint-Esprit : donnez-nous de goûter dans le même Esprit les choses droites, et de jouir sans cesse de sa consolation. Par... dans l'unité du même...

LECTURE *des Actes des apôtres 8, 5-6*

In diébus illis : Philíppus descéndens in civitátem Samaríæ, prædicábat illis Christum. Intendébat autem turbæ his, quæ a Philíppo dicebantur, unánimenter audiéntes et vidéntes signa, quæ faciébat. Multi enim eórum, qui habébant spíritus immúndos, clamántes voce magna, exhibant. Multi autem paralýtici et claudi curáti sunt. Factum est ergo gáudium magnum in illa civitáte.

En ces jours-là, Philippe, étant descendu dans une ville de Samarie, y prêcha le Christ. Les foules étaient attentives aux choses que Philippe disait, écoutant d'un commun accord, et voyant les miracles qu'il faisait. Car des esprits impurs sortaient de nombreux possédés en poussant de grands cris, et beaucoup de paralytiques et de boiteux furent guéris. Il y eut donc une grande joie dans cette ville.

ALLÉLUIA *Psaume 103, 30*

Allelúia, allelúia. **Ÿ.** Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ. Allelúia. **(Hic genuflectitur)** **Ÿ.** Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium : et tui amóris in eis ignem accénde.

SÉQUENCE

Veni, Sancte Spíritus,
Et emítte cáelitus
Lucis tuæ rádium.
Veni, pater páuperum ;
Veni, dator múnerum ;
Veni, lumen córdium.
Consolátor óptime,
Dulcis hospes ánimæ,
Dulce refrigérium.
In labóre réquies,
In æstu tempéries,
In fletu solácium.
O lux beatíssima,
Reple cordis íntima
Tuórum fidélium.
Sine tuo númine
Nihil est in hómine,
Nihil est innóxium.
Lava quod est sórdidum,
Riga quod est áridum,
Sana quod est saúcium.
Flecte quod est rígidum,
Fove quod est frígidum,
Rege quod est dévium.
Da tuis fidélibus,
In te confidéntibus,
Sacrum septenárium.
Da virtútis méritum,
Da salútis éxitum,
Da perénne gáudium.
Amen. Allelúia.

Allelúia, alléluia. **Ÿ.** Envoyez votre Esprit et ils seront créés, et vous renouvellez la face de la terre. Alléluia. **(On se met à genoux)** **Ÿ.** Venez, Esprit Saint, remplissez les cœurs de vos fidèles, et allumez en eux le feu de votre amour.

Venez, Esprit Saint,
Et envoyez du haut du ciel
Un rayon de votre lumière.
Venez, père des pauvres,
Venez, dispensateur des dons,
Venez, lumière des cœurs.
Consolateur très bon,
Doux hôte de l'âme,
Doux rafraîchissement.
Repos dans le travail,
Soulagement dans les chaleurs,
Consolation dans les larmes.
Ô bienheureuse lumière,
Remplissez jusqu'au plus intime
Les cœurs de vos fidèles.
Sans votre divin secours,
Il n'est rien en l'homme,
Il n'est rien d'innocent.
Lavez ce qui est souillé,
Arrosez ce qui est aride,
Guérissez ce qui est blessé.
Assouplissez ce qui est raide,
Réchauffez ce qui est froid,
Redressez ce qui est faussé.
Donnez à vos fidèles
Qui se confient en vous,
Les sept dons sacrés.
Donnez le mérite de la vertu,
Donnez le salut final,
Donnez la joie éternelle.
Ainsi soit-il. Alléluia.

+ ÉVANGILE *selon saint Luc 9, 1-6*

In illo tēmpore : Convocātis Iesus duōdecim Apóstolis, dedit illis virtútem et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent. Et misit illos prædicáre regnum Dei et sanáre infirmos. Et ait ad illos : Nihil tuléritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecúniam, neque duas túnicas habeátis. Et in quamcúmque domum intravéritis, ibi manéte et inde ne exeátis. Et quicúmque non recéperint vos : exeúntes de civitáte illa, etiam púlverem pedum vestrórum excúтите in testimónium supra illos. Egréssi autem circuíbant per castélla, evangelizántes et curántes ubíque.

OFFERTOIRE *Psaume 67, 29-30*

Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis : a templo tuo, quod est in Ierúsalem, tibi ófferent reges múnera, allelúia.

SECRÈTE

Múnera, quæsumus, Dómine, obláta sanctífica : et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per... in unitáte eiusdem Spíritus Sancti, Deus.

PRÉFACE DU SAINT ESPRIT

En ce temps-là, ayant assemblé les douze apôtres, Jésus leur donna puissance et autorité sur tous les démons, et le pouvoir de guérir les maladies. Il les envoya prêcher le royaume de Dieu et guérir les malades. Et il leur dit : « Ne prenez rien pour le voyage : ni bâton, ni sac, ni pain, ni argent, et n'ayez pas deux tuniques. Dans quelque maison que vous entriez, restez-y, et n'en sortez pas. Si l'on refuse de vous recevoir, sortez de cette ville et secouez la poussière de vos pieds en témoignage contre eux. » Ils partirent et allèrent de village en village, annonçant la bonne nouvelle et opérant partout des guérisons.

Affermissez, ô Dieu, ce que vous avez opéré en nous ; dans votre temple, à Jérusalem, les rois vous offriront des présents, alléluia.

Sanctifiez, Seigneur, nous vous en prions, les dons que nous vous offrons, et purifiez nous cœurs par la lumière du Saint-Esprit. Par... dans l'unité du même...

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere : Dömine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum.

Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad dexteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum in filios adoptiónis effúdit.

Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes :

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant, par le Christ notre Seigneur.

Montant au-dessus de tous les cieus et s'asseyant à votre droite, il répandit sur les enfants d'adoption l'Esprit Saint qu'il avait promis.

C'est pourquoi, par toute la terre, le monde entier débordant de joie tressaille d'allégresse, tandis que les Vertus célestes et les Puissances angéliques chantent l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

COMMUNION *Actes des apôtres 2, 2.4*

Factus est repénse de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allélúia : et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allélúia, allélúia.

Tout à coup il se produisit un bruit venant du ciel, comme celui d'un vent violent, là où ils étaient assis, allélúia ; et tous furent remplis du Saint-Esprit, et ils publièrent les merveilles de Dieu, allélúia, allélúia.

POSTCOMMUNION

Sancti Spíritus, Dömine, corda nostra mundet infúsis : et sui roris íntima aspersione fecúndet. Per Dóminum ... in unitáte eiusdem Spíritus Sancti, Deus.

Que l'infusion de l'Esprit Saint, Seigneur, purifie nos cœurs, et les féconde par l'aspersion intérieure de sa rosée. Par... dans l'unité du même...